

Item ex S. Ambrosio Lib. De Initiandis, cap. 7. Repete (inquit) quia accepisti signaculum spirituale, Spiritum sapientiae, & intellectus, Spiritum cognitionis, atque pietatis, Sp. sancti timoris, & servas, quod accepisti. Signavit te Deus Pater, confirmavit te Christus Dominus, & dedit pi- gnis Spiritus in corde tuo, sicut Apostolica lectio didi- gnis Spiritus, quod aduisti hodie legi: quia post Fontem superest, ut Perfectio fiat, quando ad invocationem Sacra- deus Spir. sanctus infunditur. Post haec quid sequitur? Venire habes ad Altare.

Idem S. Hieronymi testimonio probatur in Dialogo ad- versus Luciferianos, ubi Luciferianus ait, An nescis Ec- clestiarum esse morem, ut baptizantis postea manus imponan- tur, & ita invocetur Sp. sanctus? Exigit, ubi scriptum sit? In Actibus Apostolorum. Etiam si Scriptura auctoritas non sub- esset, totius orbis in hanc partem consensus inflexa praecipit obstruet. Nam & multa alia, quae per Traditionem in Ec- clestias obferuntur, auctoritatem sibi scriptae Legis usurpaverunt. Respondet S. Hieron. sub nomine Orthodoxi: Non quidem alio modo hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos, qui longe in minoribus urbibus per Presbyteros, & Diaconos baptizati sunt, Episcopus ad invocationem Sancti Sp. manum imponitur extorreat. Et infra: Quod si hoc loco quaris, Quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipit Sp. sanctum, quem nos asserimus in vero Baptizante tribuit? dicere hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post Ascensum Domini Sp. s. ad Apostolos descendit. Et multis in locis idem factum reperimus ad honorem Juris Sacrosancti, quam ad Legis necessitatem. Confirmationem prius esse divini pronuntiat Luciferianus, S. Hieron. fatetur; ac per manus impositionem Episcoporum accipit Sp. sanctum. Quod autem ait: Ad honorem potius Sacrosancti, quam ob Legis necessitatem, multis in locis videtur, ut Episcopus in minores urbes manus imposi- turus excurrat, id Episcopalis officii, honoris, ac ministere- rii esse significat, ut manus imponat super baptizatos: sed tamen ex legis necessitate non esse, quasi Confirmatio nec- cessaria sit ad salutem, sicut necessarius est Baptismus; Alioquin (inquit) si ad Episcopum tantum imprecationem Sp. sancti desinit, legendi sunt, qui in vinculis, aut in castel- lis, aut in remotioribus locis per Presbyteros, & Diaconos baptizati ante dormierunt, quam ab Episcopo inviserunt.

At (inquitur Haereticus) si nulla necessitate factum est, ut baptizato manus imponeretur in Spir. Sanctum (ut S. Hieronymus asserit) sequitur, Confirmationem esse Ceremoniam.

Resp. Nulla quidem necessitate factum esse, ut bap- tizato manus imponeretur in Sp. Sanctum, qui detur in remissionem peccatorum. Quia Baptisma Christi sine Sp. sancto nullum est (ut S. Hieronymus contra Luciferianos as- serit) sed non negat dari Sp. Sanctum ad robur per manus impositionem Episcopi: quamquam illa non sit ad sal- utem simpliciter necessaria necessitate mediis, eo sensu, ut qui sine illa post Baptisma e vita migraverit, a salute excidat.

Verum (inquitur Haereticus) Confirmationem, sive il- lam, quaeque fit, Ritum impositionis manuum ab Episcopo, Lege damtaxat Ecclesiastica institutum S. Hierony- mus asserit, ut Luciferianus urgens; Sed qualis es, ut leges Ecclesiae ad haereseis transferas?

Resp. S. Hieronymus his verbis non significare, Confirma- tionem Lege aliqua Ecclesiastica fuisse institutam, sed Ecclesiae Legem, secundum quam Episcopus ad minores ur- bes manus super baptizatos imponitur, sive ipsos con- firmatur excurrat, non probare Baptisma Christi sine Sp. Sancto esse posse, quod Luciferianus affirmabat. Confirma- tionem itaque Juris Divini simul, & Ecclesiasticae esse S. Hieronymus cum Luciferiano censet, siquidem id in Acti- bus Apostolorum scriptum fuitur & hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post Ascensum Domini Spir. sanctus ad Apostolos descendit.

Idem ex S. Aug. probatur Lib. 15. De Trinitate, c. 26. ubi Sp. sanctum super Fideles defendere docet ad invo- cationem, & orationem Episcoporum manus impositionem. Quomodo (inquit) Deus non est, quidam Sp. sanctum? Im- mo quantum Deus est, quidam Deum? Neque enim aliquis Dis- cipulorum ejus dedit Sp. sanctum (ut caussis princeps) Orabant quippe, ut veniret super eos, quibus manus impone- bant, non ipsi cum dabant: Quem morem in suis Praeceptis etiam nunc servat Ecclesia. Idem confirmat Lib. 3. De Ba- ptismo, cap. 16. Et Tract. 6. in Ep. 1. S. Joannis, Manuum impositionem infantibus, hoc esse recens baptizatis ab Episcopo factam, Sacramentum vocat, ejusque Sacramenti virtutem docet esse caritatem per Spiritum Sanctum in cordibus diffusam. Spiritus vero Sancti praesentiam non jam per signa visibilia, puta per donum linguarum cogno- sci, sicut Apostolicis temporibus factum legitimus, sed per fratrem dilectionem. Tum ita concludit. Ergo si vis- nisse quia accepisti Sp. sanctum, interroga cor tuum, ut for- te Sacramentum habes, & virtutem Sacramenti non ha- bes. Alibi non semel Confirmationem designans Olei, vel Chrismatis, vel Unctionis nomine, illam Sacramentum

Confirmatio- nem Sa- cramentum.

Haereticor- um obje- ctionibus responde- mus.

S. Aug. Con- firmationem verum Sa- cramentum esse docet.

vocat, scilicet Lib. 5. De Baptismo, cap. 20. Si ergo (in- quit) ad hoc valet, quod dictum est in Evangelio, Deus peccatorem non audit, ut per peccatorem Sacramenta non celebrentur: quomodo exaudit homicidam deprecantem, vel super aquam Baptismi, vel super Oleum, vel super Eucha- ristiam, vel super caput eorum, quibus manus imponitur? Lib. 2. Contra Litteras Pestiiani, cap. 104. explicans haec verba Psalm. 132. Sicut unguentum in capite, & c. ait: Ea in hoc unguentis sacramentum Chrismatis vultis interpretari, quod quidem ingere visibilibus signaculorum Sacrosanctum est, sicut iste Baptismus. Tract. denique tertio in Epistolam 1. S. Joannis. Unctio spiritualis (inquit) ipse Sp. sanctus est, cujus sacramentum est in Unctione visibilibus.

Idem confirmat S. Cyrillus Alexandrinus Commentario in Joannem, ad haec verba: Et replebuntur area vitricae, & c. re- dundabunt torcularia vino, & oleo. Ubi inunctione olei, per Baptisma iustificatis, gratiam consummantem conferri do- cet, idque non minus Sacramentum esse, quam Baptisma, & Eucharistiam. Data est, inquit, nobis cum pluvia aqua vivens Sacri Baptismi, & tanquam in fumento Panis vivens, & tanquam in vino Sanguis. Accersit autem usus O- lei, qui per Sacrum Baptisma in Christo iustificatus ad summationem confert.

Idem confirmat S. Leo, Ser. 4. de Nat. Domini. Per- manet, inquit, stabilis in fide, quam confessus estis coram multis testibus, & in qua renati per Aquam, & Sp. san- ctum, accepisti Christum salutis, & signaculum vitae aeternae.

Merito itaque Tridentina Synodus fell. 7. can. 1. dam- nat Haereticos negantes Confirmationem esse verum, & proprium Novae Legis Sacramentum, Si quis dixerit, Con- firmationem baptizatorum etiam ceremoniam esse: & non potius verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam Catechesim quandam, qua adolescen- tiae proximi fidei sua rationem coram Ecclesia exponunt: & Anathema sit. Et can. 2. si quis dixerit, in iuriis esse Spir. sancto, qui sacro Confirmationis Chrismati vir- tutem aliquam tribuunt: & Anathema sit.

Obicitur, Sacramenta Novae Legis esse a Christo institu- ta: Confirmationem autem non videri a Christo institu- ta, sed ab Ecclesia, ut sententur Alexander Halensis Pt. 4. qu. 24. & S. Bonaventura in 4. sententiarum dist. 7. q. 1. art. 1.

Resp. Quicquid fenerint Alexander Halensis, & S. Bonaventura, Confirmationem a Christo fuisse institutam, non ab Apostolis, aut ab Ecclesia: Quia instituitur novum Sacramentum (inquit S. Thomas) perinde ad potestatem ex- cellentiam, qua competit soli Christo. Instituit autem in ulte- ma Coena, Sp. sanctum Apostolus promittens, eoque Ri- tum hujus Sacramenti docens: sive post Resurrectionem, loquens cum Apostolis de Regno Dei, ac idem promissum confirmans: quamvis illud Sacramentum per seipsum non administraverit, sicut Eucharistiam, & Ordinem. Hic S. The- ostenus est, cum ait: Christus instituit hoc Sacramentum, non exhibendo, sed promittendo, non veniens illud Joannis 16. Si non abjeto, Paracletus non veniet ad vos: si autem ab- jero, mittam eum ad vos. Et hoc ideo, quia in hoc Sa- cramento datur plenitudo Spir. sancti, qua non erat dan- da ante Christi Resurrectionem, & Ascensionem, secun- dum illud Joan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.

Obicitur, effectus, quos Confirmationis tribuimus, scilicet, nos munire, confirmare, roborare, perficere, Ba- ptismo, & Eucharistia convenire: siquidem Sp. sanctus & quem accipimus in Baptismo, non est Spiritus iners, & ignavus: & Panis Eucharisticus Cor hominis confirmat: & Eucharistia, teste S. Cyrillio, percipiente a Fidelibus in- gremente perfectione, ut ad praelium muniretur, Ep. 54. Non voracibus, sed vivacibus communicatio a nobis dan- da est: ut quos excitamus, & hortamur ad praelium, non inermes, & nudes relinquamus, sed protectione Corporis, & Sanguinis Christi muniamus. Confirmatione igitur ad hunc effectum opus non fuit.

Resp. Hos effectus tribus illis Sacramentis non eodem modo convenire. Gratia enim Baptismi non est gratia virtutis perfectae, & virilis, sed quae infantili aetate con- venire potest. Effectus enim Baptismi & gratia regenera- tionis; innovatio, adoptionis, est infantia Christianismi, juxta illud. Sicuti modo geniti infantes. Gratia Con- firmationis est gratia plenitudinis, & roboris, & Christia- ni hominis virilis aetate, juxta illud 1. Joan. 2. Scribo vobis, Juvenes, & quantum fertis estis, & verbum Dei in vobis manet; & viciis Maligum. Gratia Eucharistiae est gratia nutriendi, & homines ad virilem Christianismi aetatem spi- ritualiter provecos perficiens in seipsis. Unde S. Th. 3. p. q. 79. art. 1. ad 1. Eucharistiam comparans cum Sacramento Confirmationis, ait: Ex effluencia virtutis ipsius est, ut gra- tia augetur, & vita spiritualis perficitur: aliter tamen quam per Sacramentum Confirmationis, in quo augetur, & perficitur gratia ad perficiendum contra exteriores impugna- tiones inimicorum Christi: per hoc autem Sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita ad hoc, quod homo in seipso perfectus existat per conjunctionem ad Deum. Hinc secundum praeceptum Ecclesiae Disciplinam, primo loco admi- nistratur Baptismus, ut renascatur homo: secundo;

Idem con- firmat S. Cyrillus A.

Idem con- firmat S. Leo.

Objectionibus respon- detur.

1. Pet. 2.

Confirmatio, ut ad virilem provehatur aetate: tertio, Eucharistia, ut nutriretur jam grandis in vita spirituali, juxta illud quod a S. Aug. ex perlona Christi dictum est Lib. 7. Confessionum, cap. 10. Cibus sum grandium, cre- sca, & manducabis me. Nec tu me in remutabis, sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me.

Plura dabuntur nostra 10. in Historiam Ecclesiae Sacra Lib. II.

ARTICULUS II.

De Materia Confirmationis.

DE Materia Confirmationis Theologi, & Juris Cano- nici Periti disputant. Quidam impositionem manuum, quidam Chrismatis unctionem, proximam Sacramenti istius materiam essentialem esse censent; alii utraque.

PROPOSITIO PRIMA.

Impositio manuum, cum unctioe Chrismatis conjuncta, est Materia Confirmationis.

Manuum impositionem esse Confirmationis materiam probat Scriptura Sacra Act. 8. Oraverunt pro istis, ut acciperent Sp. sanctum. Tunc imponebant manus super il- los, & accipiebant Sp. sanctum. Item Ep. ad Heb. cap. 6. Quapropter intermittentes inebriationis Christi sermonem, ad perfectiora seramur, non rursum facientes fundamentum Paenitentiae ab operibus mortuis, & Fidei ad Deum Baptis- matis doctrinam, Impositionis quoque Manuum. Quam Ma- nuum impositionem de Confirmationis Sacramento Patres plerique tam Graeci quam Latini interpretantur.

Praeterea, Patres per manus impositionem Episcopalem dari Sp. Sanctum in Confirmatione asserunt, scilicet Ter- tull. Lib. de Baptismo, & Lib. de Resurrectione Carnis, cap. 6. S. Cyrillus Epist. 73. S. Jo. Chrysostomus in cap. 8. Actuum, & in cap. 6. Ep. ad Hebraeos, S. Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, S. Aug. Lib. 15. De Trinitate, cap. 26. Lib. 3. de Baptismo cap. 16. & Tract. 6. in 1. Epistolam S. Joannis.

Undicuique autem Chrismatis plerique etiam Patres Con- firmationis effectum tribuunt. S. Dionysius Lib. De Eccle- siastica Hierarchia, cap. 4. Est quaedam perfectiva opera- tio (inquit) quam Dux nostris, id est, Apostoli, Chri- smatis hostiam nominant. Tertullianus Lib. De Baptismo, un- ctionem, & manus impositionem conjungit: Egressi, in- quit, de Lavacro perungimur benedictione. D. bina manus imponitur, per benedictionem advocant, & invocant Sp. sanctum. Spiritus unctio, & gratia Christi produc- tionem olei etiam unctiois tribuunt S. Cyrillus Ep. 70. ad Janarium, Opera: Melitensis Lib. 7. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 3. Mylalogica dicens: Christi facti estis, postea quam Sancti sp. imaginem recepistis. Datum est Chrismata, quod imaginem gerit illius, quo un- ctus est Christus: hoc autem est Sp. sanctus. Per vero uncti estis unguento, facti particeps, & consortes Christi. Cor- pus quidem isto visibili unguento perungitur, anima vero sancto, invisibilique Spiritu sanctificatur. Ita S. Pacianus, Ep. 1. ubi Confirmationem Chrismata vocat; & Ser. de Ba- ptismo, ubi ait: Chrismata Sanctus sp. superinfunditur. Ita S. Aug. Lib. 2. Contra Litteras Pestiiani, cap. 4. Ubi con- firmationem vocat Sacramentum Chrismatis. Ita Theodoretus in Cantica: Recipientes gratiam invisibilem Sanctus sp. un- guento, tanquam in typo. Et Lib. 3. Haereticarum Fabula- rum de Novatianis loquens; Ita, inquit, qui ab istis tin- guntur, faciem Christum non praebent. Ita S. Cyrillus Com- mentario in Joannem: S. Leo Magnus Ser. 4. De Nativitate Domini, & alii, quos enumerare, & eorum testimonio proferre, longioris, & superfluae opera foret. S. Gregor. Magnus in Sacramentum. Manuum impositionem & Chri- smatis unctioem, ut materiam Confirmationis commemorat. Pontifex (inquit) unctus ad Infantes, tenente Archidia- cono Chrismata, involvatis seapulis, & brachiis ex panno li- neo, levata manu sui super capite omnium, dicit: Omni- potens sempiterna Deus, qui regenerare dignatus es hos fa- mulos tuos ex Aqua, & Sp. sancto, quique delictis cir- cumfessionem omnium peccatorum; emitte in eos seipsiformem Spiritum tuum Paracletum, ad Spiritum sapientiae, & intel- lectus, & pietatis, Adimple eos Spiritu timoris tui: & configura eos signo Graeci in vitam perpetuam aeternam. Per Dominum. Et interrogantibus Diaconus nomina singulorum, Pon- tifex tincto pollice in Chrismate, facit crucem in fronte amicus, similiter per omnes singulorum. Ordo Romanus idem habet. Eugenius IV. in Decreto: Secundum sacra- mentum est Confirmatio, cuius materia est Chrismata con- fectum ex oleo, quod virtutem significat scientiam, & balsa- mo, quod odorem significat bonae fame. Concilium deni- que Trid. spiritalem virtutem dandi Sanctum Spiritum sa- cro Chrismati tribuit can. 2. De Confirmatione, supra lau- dato, quem repetere non pigeat: Si quis dixerit, injurius esse Sp. sancto eos, qui sacro Confirmationis Chrismati uncti-

tem aliquam tribuunt; Anathema sit. Quomobrem existimat? Confirma- re par est, Chrismata Confirmationis esse materiam, non in- unctionis mate- tegram damtaxat (ut loquuntur) sed essentialiam, non ma- teriam quam impositionem manuum.

Obicitur verba Innoc. III. cap. Cum venisset, Ex- tra, De sacra Unctione, scribentis: Per frontis Chri- smationem designari manus impositionem Apostolorum: & Eu- genii IV. in Decreto de Unione Armenorum dicentis: La- co manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio. Ex quibus confici videtur, Manuum impositionem non esse ma- teriam essentialiam Confirmationis.

Respondenti malim huic Objectioni Cardinalis Bellarmini verbi, quam meis. Sic autem respondet Cardinalis doctrin- am Lib. 2. De Sacramento Confirmationis, c. 9. In pri- mis, non omnium, qui habentur in Decretis, aut Conci- liis ad Fidem pertinere, sed solum ea, quae definitur: hoc autem, de quo agimus, non definitur, sed tantum ob- ter dicitur ad rem explicandam. Dicitur tamen secundo, & melius, ac rarius, Innocentius, & Eugenius non velle dicere, Chrismata esse loco impositionis manuum, quasi Ap- ostopoli non nentur Chrismate, & nos non utamur imposi- tionis manus: sed velle dicere, id ipsum quod Apstopoli facie- bant, cum dicebantur imponere manus, facere Episcopi, cum dicuntur confirmare, vel Chrismate. Distinguitur enim in locis, non Ritum a Ritum, sed modus loquendi a modo loquendi, & persona a persona; & denique illa particu- lariter impositio manuum ab ista, quae modo est, siquidem tunc communiter dicebatur hoc Sacramentum Impositio ma- nus, nunc dicitur communiter Confirmatio: Praeterea illam dabant Apstopoli, istam Episcopi, denique illa erat effectus, quia cum effectu interno dabat etiam externum, & cum gra- tia gratum faciente dabat etiam donagratia data linguarum, & miraculorum, & c. Hac ego ratione dici potest, id, quod nunc fit esse locutus, quod tunc fiebat, licet sit idem quod substantiam. Et quod hic fit sensus eorum locorum, probatur amplius: primo, quia Innocentius, & Eugenius non dicunt Chrismata esse loco impositionis manuum, sed Sacramen- tum Confirmationis esse loco impositionis manuum. At certe Apstopoli, omnium consensu, dabant Sacramentum Confirma- tionis, sive adhiberent Chrismata, sive non. Secundo, quia Innocentius & Eugenius ibidem dicunt, Episcopo quae in Ec- clesia loco, seu vice Apstopolorum: ac certe Apstopoli i Episcopi erant, licet aliquid etiam amplius haberent. Certe Confirmationem loco manus impositionis non dari eo sensu, ut ab illa sit manus impositio, constat cum de Pontificali- bus, quibus etiam nunc utimus, quae Manus impositionem re- tinent, tum ex Ecclesiae praxi, quae eandem usurpat, tum ex Concilio Eugenio IV. posterioribus, quae Confirmationis effectum Manuum impositioni tribuunt; scilicet ex Mogun- tino anno 1569, can. 17. cuius haec sunt verba: Ea verus erant a Christo promissa, ipsi Apstopoli in die Pentecostes exhibita, & ab eisdem per manus impositionem in alios transfundi capta. Adus istorum satis testatur. Itaque Ec- clesia Catholica Sp. sanctum per manus Episcoporum Fide- libus tradendi normam accepit. Item ex Conc. Remensi anni 182. Tit. De Confirmatione: Quamvis (inquit) quisque per Baptisma Catalogo Fidelium sit adscriptus; ad diaboli tamen, carnis, mundique tentationes perseveran- das, ac superandas nunquam per impositionem manuum Episcopi plus roboris, & gratiae recipit. Et Conc. tandem Narbonensi anni 1609. Sacrorum Patrum (inquit) insti- tutionibus constans, nos in Baptismo regenerari ad vitam, & post Baptisma in hoc Sacramento, quod per imposi- tionem manuum Episcopi Sp. sanctus diffunditur in corda Fide- lium, robur, atque firmitudinem dari.

Obicitur, in Euchologiis Orationem fundendam super con- firmandos praescribi, qua advocatur, & invocatur Sp. San- ctus: & haec funditur manus imponendo super illos, quod in Graeco Confirmationis Ordine subintelligendum est, cum Manus impositio nihil aliud sit, nisi Oratio super ho- mines, ut S. Aug. loquitur. Si vero absque illa manuum impositione Confirmationem administrant Graeci recentio- res, illis opponitur non Ecclesiae tantum Latinae, sed ve- teris etiam Ecclesiae Orientalis Ritus, & alius, quos testes proferatur locupletissimi. Firmilianus Ep. ad S. Cyrilianum scribens: Quando omnis potestas, & gratia constituta sit, ubi praesentibus Majoris natu, qui & baptizandi, & manuum imponendi, & ordinandi praesentem potestatem. Theodoretus in cap. 6. Ep. ad Hebr. Per manuum Sacramen- tum impositionem (inquit) Spiritum gratiam accipiunt. Eulogius Alexandrinus Lib. 2. contra Novatianos, cuius excerpta quaedam in Bibliothecam suam Photius transcripsit Cod. 280. Deinde progressionem facta (inquit) dignior red- dit aduentus S. Sp. qui per impositionem manuum Apstopo- rum fiebat. Simeon Theflalonicensis Lib. De Septem Sacra- mentis: A Philippo (inquit) baptizati, tanquam qui so- lum Baptisma susceperant, Petro, ac Joanne imponentibus manus Sp. sanctum accipiunt. Quod sane hoc Sacramen- tum est: siquidem impositio manuum Unguentum praebet, ut &

Confirmatio- nis mate- ria.

ut in Apostolis factum est, ac per ipsos in multis aliis. Denique Confirmatio, quam adhibent Graeci, sine aliqua manuum impositione fieri non potest, ut Thomas Vvaldenus Tom. 2. De Sacramentis cap. 113. Bellarminus Lib. 2. De Confirmatione, c. 9. alique celebres Theologi respondent: Certe Hugo a S. Victore, Lib. 2. De Sacramentis, p. 7. c. 2. Unctionem ipsam Manuum impositione perigi scribit. Manus impositio (inquit) qua usitato nomine Confirmatio vocatur, qua Christianus unctioe Chrismatis per impositionem manus in fronte signatur.

Obijcitur, Apostolos absque Chrismate Confirmationem administrasse, cujus Scriptura non meminit, sed solius manuum impositionis; adeoque Chrisma non esse materiam essentiali Confirmationis, sed integramt duntaxat, seu accidentalem.

Resp. Quamvis Scriptura non meminerit Chrismatis ab Apostolis adhibiti in Confirmationis Sacramento, non sequitur, quod adhibendum non fuerit. Saep enim in Scripturis sacrum Ritum compendio explicari, & ex una parte reliquis integre debere, exemplum adest S. Aug. Lib. 2. De Fide, & Operibus, cap. 9. ex Act. Apost. cap. 8. ubi legitur Eunuchum a Philippo baptizatum, cum respondisset, Credo Filium Dei esse Jesum: cum tamen de multis aliis interrogatum Eunuchum, alique in ejus Baptismo adhibita fuisse, qua S. Lucas compendio studens non exprimit, certissime sit credendum. Si autem (inquit S. Aug.) Scriptura tacuit, atque intelligenda dimisit cetera, qua cum illo Spatioe baptizando Philippus egit, atque in eo quod ait: Baptizavit eum Philippus, intelligi voluit impletam omniam, qua licet taceantur in Scripturis gratia brevitate, tamen serie Traditionis firmi implenda; pari modo etiam in eo, quod scriptum est, evangelizasse Philippum Spadani Dominum Jesum, nullo modo dubitandum est, & in illa Catechismo dicta esse, qua ad vitam, moreque pertinet ejus, qui credit in Dominum Jesum. Ita licet solius manus impositionis S. Lucas in Actis meminerit, & Chrismatis unctioem taceret, ferit tamen Traditionis ab Apostolis usurpatam esse constet.

Haud tamen diffitemur, Apostolos oratione sua cum sola manuum impositione, aut interdum etiam sine illa, Sp. Sancti super Fideles illapsam impertrasse; sed tunc Christus effectum Sacramenti absque Sacramento conferbat. Alias autem Apostoli non solum manus impositionem, sed Chrisma etiam confirmandi Fidelibus adhibebant; ut docet S. Thomas 3. p. q. 72. art. 2. ad 1.

PROPOSITIO II.

Chrisma, quod sacrum unguentum est ex oleo, & balsamo confectum, conveniens est Confirmationis materia.

Chrisma, quod Graecum nomen est, quodlibet unguentum generis apud Scriptores profanos significat; apud Ecclesiasticos Auctores mixturam quandam ex oleo, & balsamo. Graeci triginta quinque genera aromatum, seu herbarum fragrantis odoris admiscunt, cum vini non exigua quantitate. Ex oleo duntaxat, & balsamo illud conficiunt Latini. Hinc Venerabilis Beda ad haec verba Cantici Canticozum c. 1. Botrus Cyprus dilectus meus mihi, in vineis Engaddi, ait: In vineis Engaddi balsamum gignitur, quod in Chrismatis confectioe liquoris olivae admisceri, ac Pontificali benedictione solat consecrari, quatenus fideles omnes cum impositione manus Sacramentalis, qua Sp. Sanctus accipitur, hoc unctioe signentur. Idem constat ex Auctore Libri De Cardinalibus Operibus Christi, inter Opera S. Cypriani edito Ser. de Unctione Chrismatis: Hanc inquit sacrum Chrisma conficitur, in quo mixtura oleo balsamum Regis, & Sacerdotalis gloria exprimit unitatem. Item ex Eug. IV. Decreto, ubi ait, materiam Confirmationis esse Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiae, & balsamo, quod odorem significat bonae fame. Chrisma ex duobus illis confici docent pariter Sacramentarium S. Greg. Magni, Ordo Romanus, Pontificali omnia Ecclesiarum Occidentalium, in Ordine Ceterae Dom. & Auctores quicumque, qui de Ritibus, & Officiis Ecclesiasticis scriperunt.

Neque vero ulla alia materia, quam Chrismatis, aptior videri poterat ad illud declarandum, quod hoc Sacramentum efficitur. Oleo enim, quod pingue est, & natura sua manat, se diffundit, gratiae plenitudo exprimitur, qua hoc Sacramento confertur ad robur spirituales, & quae per Sp. Sanctum a Christo Capite in alios redundat, atque effunditur, sicut unguentum, quod descendit in barbam, barbam Aaron, usque in oram vestimenti ejus; Unctio enim cum Deo oleo latius per confertur suis, ac Deplenduntur ejus nos omnes accipimus. Balsamum vero, cujus odor jucundissimus est, secundum illud Eccl. 24. Quasi balsamum non mixtum odor meus: significat Fideles, cum Sacramento Confirmationis perficiuntur, ut jam non sibi singulariter vivant, cum virtutum omnium suavitate effundantur, ut cum Apostolo merito dicere possint, Christi odor sumus. Hinc S. Dionysius Lib. De Ecclesiastica Hierarchia c. 4. ait: Unguentorum confectioem concentra-

Confirmatio materia

Sacrum Chrisma, conveniens materia

Psalm. 132. Jo. 2.

Confirmatio materia

vionem esse quandam rerum benevolentiam, qua in se magnum vim, & copiam fragrantium qualitatium continet, cujus qui facti sunt participes, odorem bonum ex se efflant, proportionem fragrantis communitatis, qua in eis inest. Balsamum praetera incorruptionem praestat: quod ad hujus Sacramenti virtutem significandam maxime accommodatum videtur, cum plane constat, Fidelium animos invincibili Sp. Sancti unctioe, & caelestis gratiae, quae Confirmationem tribuitur, spirituali balsamo delibatos, facilius a seclerum contagione, & putredine servari posse. Ita S. Thom. Concilii Trid. Catechismus, & S. Carolus in Instructionibus Confirmationis.

Oleum autem olivarum ad confectioem Chrismatis adhibere necesse est (inquit S. Th. 3. part. q. 72. art. 2. ad 3.) Neque sufficit oleum nucum, amygdalorum, aut aliud simile. Nam proprietates olei, quibus significatur Sp. Sanctus, magis inveniantur in oleo olivarum, quam in quocumque alio oleo. Unde & ipsa oliva semper fronsibus virens, virens, & misericordiam Sp. Sancti significat. Hoc etiam oleum proprie dicitur oleum, & maxime habetur in usu, ubi haberi potest. Quilibet autem alius liquor ex similitudine hujus oleum nominatur: nec est in usu communis, nisi in supplementum, quod est quibus deest oleum olivarum. Id est oleum solum assumitur in usum hujus, & quorundam aliorum Sacramentorum.

An vero balsamum sit necessarium necessitate Sacramentali, ita ut Confirmatio cum oleo solo collata irrita sit; an praecipue duntaxat necessitate, quemadmodum admixtio aequae vini in Sacramento Eucharistiae, sub iudice sit est, Theologus in variis sententias abentibus. Unde cum res incerta sit, quaestio minime finita Ecclesiae iudicio, si aliquem oleo solo absque mixtione Balsami ab Episcopo inungi contingeret, dubium esset Sacramentum, & sub conditione iterandum, ut colligere saltem ex Innoc. III. Decretali, Cap. Ruffortis, Extra, De Sacramentis non iterandis, quam pariter utriusque Theologi ad opinionem sua praesidium trahunt. Nos consulete voluisti: (inquit) an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad Ordinem Subdiaconatus assumptus. Et si Confirmationis Sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non Chrismate, sed oleo delinitus: Ad quod breviter duximus respondendum, quod in talibus non est aliquod iterandum, sed caute supplendum, quod incaute fuerat praetermissum. Quomodo autem suppleri potest Balsamum benedictum, nisi nova Chrismatis unctioe? Siquidem seorsim ab Episcopo non benedicitur, sed oleo admixtum. An vero nova Chrismatio fieret sine verbis? Sed tamen non iterabitur Confirmatio, secundum mentem Innoc. III. Quis, ut idem Pontifex, c. Veniens, Extra, De Presbytero non baptizato, ait Non intelligitur iteratum, quod ambiguit esse factum. Obijcitur, Sacramentorum materiam debere esse quid simplex, & ubique obivum, qualis est materia Baptismi, & Eucharistiae, aqua, panis & vinum; at Chrisma non est quid simplex, sed mixtum est oleo, & balsamo; nec facile 2 quibusvis comparari potest balsamum, cum in sola Palestina oriatur: non est igitur conveniens Confirmationis materia.

Resp. cum S. Th. Baptismus dari ad spirituale vitam simpliciter consequendam, & ideo competit illi materia simplex: Confirmatio vero datur ad plenitudinem consequendam Sp. Sancti, cujus est multiformis operatio, secundum illud Sap. 7. Est enim in illa Spiritus intelligentia, sanctus, unicus, multiplex, & 1. ad Cor. 2. Divinitus gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et ideo conveniens est et Confirmationis materia sit composita. Baptismus insuper Sacramentum est absolute necessitatis, quomobrem ejus materia ubique obvia esse debet: Confirmatio vero non est tanta necessitatis: ideo sufficit, quod ejus materia facile in omnes orbis Christiani regiones deferri possit. Balsamum porro non ex Palestina solum, sed ex Indis utriusque facile deleri potest in regiones omnes, in quibus Christi nomen colitur.

PROPOSITIO III.

Chrisma benedictum, seu confectum ab Episcopo esse debet, ut sit Confirmationis materia.

Ita Eugenius IV. in Decreto de Instructione Armenorum. Hinc a Conc. Trid. Sacrum Chrisma vocatur. Consecrandi Chrismatis Ritus Apostolica Traditionis est, qui testimonium perhibent veteres Patres, & antiqua Concilia, s. Dionysius Lib. de Ecclesiastica Hierarchia, Tertullianus Lib. de Baptismo, S. Cyprianus Epist. 70. Scribens: Eucharistia, & unde baptizanti unguentum, oleum in Altari sanctificatur. Optatus Milevitanus Lib. 7. s. Basilianus Lib. De Spiritu Sancto c. 27. dicens, Consecramus aquam Baptisimatis; & oleum Unctionis: Quod refert ad Apostolicam Traditionem, S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 3. Myltagogica, cujus haec sunt verba: Quemadmodum Panis Eucharistiae post Sancti Sp. invocationem non amplius est communis, sed est Corpus Christi, sic & Sanctum hoc Unguentum, non amplius est unguentum nudum, neque commune, postquam jam consecratum est: quod Christi, & Sp. Sancti

Qua ratio est necessitatis huiusmodi.

Confirmatio materia

Confirmatio materia

sancti personam efficit. Quo facti, & alii sensus responsi sui symbolice inunguntur: & corpus quidem ipso visibili Unguento perungitur, Anima vero sancto, vivificoque Spiritu sanctificatur. S. Aug. Tr. 118. in Joan. Quis est (inquit) quod omnes novantur signum Christi? nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibetur, sed frontibus credentium, sive ipse aqua, ex qua regeneratur, sive oleo, quo Chrismate unguuntur, sive Sacramento, quod aluntur, nihil eorum rite perficitur. Chrisma ab Episcopo confectum esse debere, constat Innoc. I. Epist. 1. ad Decemium Eugubianum Episcopum, S. Greg. Magnus in Sacramentario, Ordo Romanus, Honorius Augustodunensis, Rupertus Abbas, Amalarius Fortunatus lib. de Divinis Officiis, Arnoldus Barchinensis Abbas lib. de Cardinalibus Operibus Christi, Eucharistia Orientalis, & Pontificali Occidentalis Ecclesiae consecranda: Chrismatis potestatem penes Episcopum esse declarant; Consecrationem illam a Chorepiscopis, & Presbyteris fieri vetant Concilia, Carthagenica 2. can. 3. Carthagenica 3. can. 36. Toletana 1. can. 20. Hippalense 2. can. 7. Montanensis Toletanus Episcopus Epist. ad Palatinos, cujus haec sunt verba: Nova praesumptio praesidentium vobis Presbyterorum nostrorum pulchrum auditis: sicut enim nova tantum, & non deservibilis dici possit, qua ab initio Fidei Catholicae nunquam, prater nos, subsessisse probatur, ut id quod per manus summi Pontificis Trina Divinitatis invocatio sanctificaretur consuevit, Presbyter dignus disciplina consistere sibi Chrisma praesumeret. Lib. 7. Capitularium, c. 329. Chrisma confectum a Chorepiscopis non esse pro consecrato habendum declarat.

Consecrationis hujus necessitatem Trid. Concilii Catechismus post S. Thom. inde repetit, quod Christus Dominus Chrisma contactu suo, quoque usu non consecraverit, sicut aquam quae materia Baptismi est, contactu suo sanctificavit, cum in Jordane baptizatus est a Joanne: quomobrem necesse est ut sanctis, & religiosis precibus ab Episcopo consecratur, qui Confirmationis ordinarius Minister institutus est. An vero consecratio Chrismatis ab Episcopo facta sit necessaria necessitate Sacramentali, ita ut nullum esse Sacramentum, quod Chrismate non consecratur, aut Presbyteris, non Episcopi benedictione sanctificati inunctione administraretur, quaestio inter Theologos controversa, qua quaedam finita ab Ecclesia non fuerit, dubium confendum erit Sacramentum Confirmationis, cujus in materiam assumptam forte fuerit Chrisma non consecratum, aut consecratum quidem, sed a simpliciter Presbytero, non ab Episcopo: maxime cum Eugen. IV. in Decreto docet, hujus Sacramenti materiam esse Chrisma ab Episcopo benedictum, additque, quod licet legatur per Apostolicam dispensationem factum ut simplex Presbyter Confirmationem conferret, non tamen nisi Chrismate per Episcopum benedictum. Itaque si casus hujusmodi contingeret, Confirmatio sub conditione iteranda esset.

CONSECTARIA PRAXIM SPECTANTIA.

REGULA I.

Chrisma ex ipso Ecclesia More Eria 5. in Cana Domini consecrandum est. Hinc mori testimonium perhibent S. Bonifacius Archiepiscopus, & Marey, Ep. 12. Conc. Meldense, can. 46. Sacramentarium S. Greg. Magni, Ordo Romanus, S. Isidorus Hispalensis, Auctor Libri de Divinis Officiis sub Alenini nomine, Rupertus Abbas, & cap. Listeri, dist. 3. de Consecratione, quod summatim ex Epist. sub S. Fabiani Pontificis, & Martyris nomine vulgata. Moris hujus convenientes rationes afferunt, scilicet, I. Quod ante biduum Paschae Maria caput, & pedes Domini unguento perfuderit, II. Quod quinta Mandi aetate Christus ad nos venerit, III. Quod ea die Agnus immolatus sit, & ejus sanguine postea obdignati. S. Thom. 2. p. q. 72. art. 12. ad 3. diem illum factis congruere materiam Sacramentorum preparandis, quo fuit Sacramentum Eucharistiae institutum, ad quod omnia Sacramenta quodammodo ordinantur. Haec disciplina de consecrando Chrismate Feria 5. in Cana Domini, invaluisse videtur 7. saeculo. Episcopos enim ante Chrisma consecrare possunt omni tempore, colligitur ex can. 20. Concilii Toletani 1. quod sub initium saeculi 5. habitum est.

REGULA II.

Chrisma quatuordecim renovandum, & vetus comburendum est. Hinc Presbyteris praecipitur, ut singulis annis circa Festivitatem Paschae ab Episcopo proprio, Chrisma petant, Concilii Valensis can. 3. Altiadorensis can. 6. Lipineasis can. 3. & c.

REGULA III.

Pro Chrismate, aut Balsamo ad illud consecrandum, aliquid a Presbyteris Diocesanis exigere, facti Canonibus prohibentur, & ab Ecclesia Ministris, scilicet Conc.

Cabilon. 2. can. 16. Aquilgr. 2. can. 5. Meldensis 45. Toletana 1. can. 8. Barchinensis can. 2. Et Innoc. III. c. In tantum, Extra, de Simonia, ubi relet, ac damnat morem quorundam Episcoporum Angliae, qui pro Chrismate certam concuenerant accipere pecuniae quantitatem; non metuentes poenam canonicam: utque Metropolitanis, ac Primatis sui correctionem eluderent, solutionis tempus anticipabant, recipientes in media Quadragesima, quod recipere consueverat post Pascha: & ut causam recipiendi dissimularent, nomen denariorum variabant, Denarios, quos prius Chrismales, secundo Paschales dicebant, Consueverunt media Quadragesima nuncupantes.

REGULA IV.

Presbyteri acceperunt Chrisma sub sigillo, & sera custodire debent, nec ulli donare, ne ad maleficium, superstitionem, aut quosvis usus profanos aliquis eo abutatur. Ita jubent Hieronymus Tronensis Archiepiscopus cap. 22. Conc. Moguntinum can. 27. Turonense 3. can. 10. Synodus Lingonensis 1494. Senonensis 1524. Parisiensis 1557.

REGULA V.

Chrismatis Consecratio Religiosis Ritibus praerogatur, quos impie deridens Hereticus. Primo preces ad Deum funduntur, quod Apostoli doctrinae omnino consentaneum est 1. ad Tim. c. 4. scribens: Crucifigatur per verbum Dei, & orationem: 2. Signum Crucis fit super oleum, & balsamum: sine isto quippe signo nihil consecrari posse docent S. Joan. Chrysost. Hom. 55. in Matthe. & S. Aug. Tr. 118. in Joan. 3. Episcopus aliquoties halat super ampullam Chrismatis, ut illapsam Sp. Sancti significet, cujus vim Chrismati adpraecatur: itque Ritus ab exemplo Christi sumptus est, qui in Apostolos insufflavit, ut Sp. Sanctum in eos illabi ostenderet, Joan. 20. Insufflavit, & dixit eis: Accipite Sp. Sanctum. 4. Chrisma jam consecratum ab Episcopo, & Presbyteris genuflectentibus in hunc modum salutatur, Ave, Sanctum Chrisma. Salutatur (inquam) non adoratur. Nec insolens est aut abscon res etiam inanimates in signum gaudii, & gratulationis salutare. Sic S. Andreas Crucem a longe conspiciens, ait Salve, Crux. S. Hieronymus Christi Crucem alloquitur his verbis: Solo digna insuisti ferre praetium saeculi: & O Crux, Ave spes unica. Salutat enim diem solum Resurrectionis Dominice: Salve, sicut dies toto venerabilis aetate, & S. Paula salutavit Bethlehem, cum eam primo vidit, ut relet S. Hieron. Epistola de ejus obitu. S. Greg. Nazianzen. quando Episcopatu se abdicavit Constantinopolitano, vale dixit Cathedra, Templo, Dombus, Hospitalibus Civitatis, Orat. 32. Salutatio denique hujusmodi ad Chrisma dirigitur, quatenus Christi symbolum est, ut docent Rupertus Abbas lib. 5. de Divinis Officiis, c. 8. & Amalarius Fortunatus lib. 1. c. 12.

REGULA VI.

Chrismatis inunctione fit in fronte confirmandi, quae veterum seles est, nec Christi nomen consistari emebet, vel timeat, & praecipue Crucem ejus, quae Judaeis est scandalum, Gentibus autem salutis, secundum Apostolum; propterea signo Crucis figuratur, ut miles signo Christi Ducis. Haec Ritus istius rationes afferunt Innoc. III. Extra, de Sacra Unctione, Eug. IV. in Decreto, & S. Th. 3. p. q. 71. art. 9. Eo spectant praeterea S. Aug. verba in illam Pl. 141. Verum: Juxta iter scandalum posuerunt mihi, dicentes: Usque ad hoc de Cruce non erubescas, ut non in oculo habeamus Crucem Christi, sed in fronte portem. Multa Sacramenta alter, atque aliter accipimus: quoniam, sicut nobis ore accipimus (scilicet Eucharistiam) Quia vero in fronte erubescimus, ipsam ignominiam quodammodo quam pagani derident, in loco pudoris nostri consistunt. Audis hominem insultari impudens, & dicere, Frontem non habet: Quid est, Frontem non habet? Impudens est. Non habeam nudam frontem; innotat eam Crux Domini mei. Quamvis autem Graeci non solum frontem unguant, sed os, aures, & nates, & pectus, ut constat ex S. Cyrillo Hierosolymitano, Catechesi 3. Myltagogica, & ex eorum Eucharologia, praecipue eam frontem unguunt, unctioes ceterae quae per accellionem sunt.

ARTICULUS III.

De Forma Confirmationis.

PROPOSITIO UNICA. Forma Sacramenti Confirmationis est Oratio Manuum impositionis adjuncta, & sollemnitas verbi Chrismatis inunctionis responsionis.

Prima pars Propositionis probatur ex Act. 7. Oraverunt pro ipso, ut acciperet Sp. Sanctum. Tunc imponabant manus super illos, & accipiebant Sp. Sanctum. Secundo ex S. Cy.

S. Cyrillano ep. 73. *Ubi qui in Ecclesia baptizantur, Praepositis Ecclesiae offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Sp. sanctum consequantur.* 3. Ex S. Ambrosii lib. 3. de Sacramentis, c. 2. *Sequitur (inquit) spiritus signaculum, quia post fontem superest, ut perficitur fiat, quando ad invocationem Sacramenti Sp. sanctus infunditur.* 4. Ex S. Hieronymi Dialogo adversus Luciferianos: *Non abnuo (inquit) hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, ut Episcopus ad invocationem Sp. sancti manus impositionem excurret. Et infra: Alioquin si ad Episcopi tantum impressionem Sp. sanctus defuit, &c.* 5. Ex S. Aug. lib. 15. de Trinitate, c. 26. *Neque enim (inquit) aliquis Discipulorum ejus dedit Sp. sanctum. Orabat quippe, ut veniret ad eos, quibus manus imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis Praepositis etiam nunc servat Ecclesia.* 6. Ex Amalario lib. 1. de Officiis, c. 27. *Ut per manus impositionem, & orationem detur Sp. sanctus, similiter ab Apostolica Auctoritate sumptum est, ut in Actibus Apostolorum scriptum est. Orationem hanc praeferebant S. Gregorius Sacramentarium, Ordo Romanus, & Occidentalis Ecclesiae Pontificaria: Omnipotens sempiternus Deus, qui regenerare dignatus es his famulos tuos ex Aqua, & Sp. sancto, quae dediti sunt unctionem omnium peccatorum: emitte in eos spiritum tuum Spiritum tuum Paraclitum de caelis, &c. Græcorum Eudologia hanc Orationem praeferebant: Benedictus es Domine Deus Omnipotens, &c. Quae Sp. sanctum pariter super confirmandos advocat, & invitat.*

Forma Confirmationis.

Forma Confirmationis.

Pars altera Propositionis probatur ex Eugen. IV. Decreto, ubi hanc formam Confirmationis esse docet: *Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* A qua non differ secundum substantiam ea, quae in Ordine Romano refertur his verbis concepta: *Confirmo te, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et quae apud Guillelmum Parisiensem: lib. de Sacramentis: *Configno te, & cruce confirmo, &c.* Et quae apud Severum Alexandrinum lib. de Ritibus Baptistini refertur, ut ejusdem temporibus a Graecis usurpata: *Chrismate sancto suavitate odoris Christi Dei, sigillo veritate fidei, complemento pignoris Spiritus sancti obsequatur. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad vitam saeculi saeculorum, Amen.* An vero forma illa Eugen. IV. Decreto Armenis praescripta sit essentialis, an integralis duntaxat, vel accidentaria, Theologi disputant. Unde si contingeret vel solam Orationem adque solemnibus illis verbis, aut verba illa absque Oratione in Pontificalibus Libris praescripta, profecti ab Episcopo, Sacramentum dubium esset, totaque Ritus sub conditione videretur iterandus, nisi Questionem illam iudicio suo finiret Ecclesia. Idem ne dicam de verbis illis solemnibus Unioni Chriftianis in Ecclesia Graeca respondentibus, Signaculo Donationis Spiritus sancti, prohibet Ecclesia, quae Ritus confirmandi Graecorum nunquam improbat, & his verbis Confirmationem ab eorum Episcopis etiam Romae Graecis administrari patitur. Haec autem Ecclesia Romana vel tacita approbatio plus apud me valet, quam Theologorum quorundam ratiunculae. In hujus porro, & aliorum Sacramentorum Administratione Ritus Ecclesiae fere servare tenetur unusquisque Episcopus, gravissimi alicui peccati reus futurus.

Obijciunt, haec verba, *Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, nec in veteri Ordine Romano, qualis erat Amalarii tempore, nec in quibusdam Pontificalibus antiquis reperiri: adeoque ad formam integram, & accidentariam duntaxat Confirmationis pertinere.

Resp. Verba illa solemnissima minime fieri in veteribus illis Libris, quod ad formam essentialem non pertineat: sed quod Veteres sollicite eaverint, ne solemnitas illa verba propulerint: quae aeterni religio multis servata est factis. Unde Innoc. 2. a Decretis rogatus de Confirmationis Sacramento, ita de illius forma loquitur: *Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.* Haec aeterni religio in hujusmodi rebus ab Apostolicis temporibus ad sequentia saecula propagata est. Unde S. Dionysius lib. de Ecclesiastica Hierarchia ait: *Consummationis invocationes, id est, verba, quibus perficiuntur Sacramenta, (ut S. Thom. explicat) non est iustam Scripturas interpretantibus, neque mysticum carum, aut in ipsis operantibus ex Deo virtutes, ex occulto ad commune adducere: sed nostra Sacra Traditio sine pompa (id est occulte) eas docet.*

significatur his verbis; *Signo te signo Crucis*: in quo scilicet Rex noster triumphavit; ut dicitur ad Col. 2.

CAPUT II.

De Ministro Confirmationis.

PROPOSITIO UNICA.

Sacramenti Confirmationis Minister ordinarius est solus Episcopus, extraordinarius vero Presbyter a plerisque Theologis probabiliter asseritur, aliis reclamantibus.

Propositionis prima pars probatur 1. ex Actis Apostolorum, c. 8. ubi legitur, cum Samaria verum Dei accepisset, Petrum, & Joannem ad eos millos esse, qui Oraverunt pro ipsis, ut acciperent Sp. sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in Nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Sp. sanctum. Quo ex loco, necnon ex c. 19. constat, penes Apostolos, quorum Successores sunt Episcopi, & non penes alios Ministros Baptistini, fuisse adimplendam Confirmationis potestatem. 2. Ex S. Cyrillano epist. 73. *Ubi qui in Ecclesia baptizantur, Praepositis Ecclesiae offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Sp. sanctum consequantur, & signaculo domino confirmantur.* 3. Ex Conc. Illiberitano can. 28. *Quo Baptismus a Laico in necessitate infirmitatis collatum approbat: Ita ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit.* Eodem modo loquitur can. 77. de eo, quia Diacono plebem regente fuerit baptizatus. 4. Ex S. Joan. Chrysostomo in c. 8. Act. Apostol. dicitur: *Hoc erat Apostolus singulari. Unde & praepositi, non alius videmus hoc facere.* 5. Ex S. Hieronymo, qui in Dialogo adversus Luciferianos, hanc esse Ecclesiarum consuetudinem facit: & paulo infra addit: *Quod si hoc loco quaeris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipit Sp. sanctum... Discet, hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post Ascensionem Domini, Sp. sanctus ad Apostolos descendit.* 6. Ex Innoc. I. epist. ad Decentium Eugubinum Episcopum, c. 3. *De Confirmationis vero infanti (inquit) manifestum est, non ab alio, quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyter, licet sine Sacerdote, Pontificatus tamen apicem non habent. Haec autem Pontificali solis debet, ut vel consueverit, vel Paraclitum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quae asserit, Petrum, & Joannem esse directores, qui iam baptizati tradiderunt Sp. sanctum. Nam Presbyteris, seu extra Episcopum, sine praesente Episcopo baptizati, Chrismate baptizator ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eadem alio signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradant Spiritum Paraclitum.* 7. Ex Innoc. III. c. Quanto, Extra, de Consuetudine, cuius haec sunt verba: *Pervenit ad audentiam nostram, quod quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim in sacra presumant Fidelibus exhibere, quae ab Apostolorum tempore fuerunt solis Pontificibus reservata, ut est Sacramentum Confirmationis, quod obfirmando venator soli debent Episcopi per manus impositionem conferre: ad excusandas excusationes in peccatis, solum consuetudinem praetendentes... Dilectissimi tua mandamus, quatenus omnibus Presbyteris districte prohibeas, ne talia de cetero sua temeritate praesumant. Quia licet non sint a Fidelibus commendanda, tuius tamen est in sine periculo ex necessitate, quae legem non licet, ex temeritate, quae lege damnatur, non sine gravi periculo inaniter confertur: cum umbra quadam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu.* 8. Ex Greg. IX. epist. ad Barthelem Episcopum scribente: *Chrismati a simplicibus Sacerdotibus, Confirmationis munus minime recipiant, quia de solis Apostolis legitur, quorum sunt Episcopi Successores, quod per manus impositionem Sp. sanctum dabant: & ideo tam illi, quam confirmandi de cetero a solis Episcopis consueverunt.* 9. Ex Innoc. IV. in Litteris ad Tufulanum Episcopum, a quo de Ritibus Graecorum fuerat interrogatus: *Soli autem Episcopi (inquit) consueverunt Chrismate in frontibus baptizatos: quia huius unctio non debet nisi per Episcopos exhiberi: quoniam soli Apostoli, quorum vices gerunt Episcopi, per manus impositionem, quam Confirmationem, vel frontis Chrismate representant, Sp. sanctum tribuunt leguntur.* Adde c. Manus, & c. De his dicit. 4. de Consecratione, quae desumpta sunt ex iis Epistolis, quae sub Eusebio, & Melchiodis Pontificum venerandis nominibus falso circumferuntur. Concilium denique Tridentinum hanc veritatem ex fidei Dogma credendam proposuit can. 3. de Confirmatione: *Si quis dixerit, sancta Confirmationis ordinarius Minister, non esse solum Episcopum, sed quomvis simplicem Sacerdotem, Anathema sit.*

Accedit ratio congrua S. Thoma, quam & Concilii Tridentini, Catechismus asserit. Ultima cuiusvis operis consummatio, primo servatur Artifici: Confirmationis autem Sacramen-

Ordinarius Confirmationis Minister Episcopus.

Confirmatio Minister.

tum est quasi ultimi consummatio Baptistini: per Baptismum enim edificatur homo in domum spiritalem, iuxta illud 1. ad Corint. 3. *Dei edificatio est*: sed per Sacramentum Confirmationis quasi domus edificata dedicatur in templum Sp. sancti: Quomobrem Sacramenti huius administratio ad solos Episcopos, qui summam in Ecclesia potestatem habeant, ordinatio fieri pertinet.

Confirmatio Minister.

Pars altera Propositionis probatur I. Ex S. Greg. Magno Lib. 3. Epist. 26 ad Januarium Calaritanum Episcopum, qui Presbyteris Sardiniam concedit, ut *Ubi Episcopi defuerint, Presbyteri etiam in frontibus baptizatos Chrismate ungerent, sed eos in postero ungerent, ut Episcopi postmodum ungeri deberent in fronte.*

II. Ex decreto Eugenii IV. cuius haec sunt verba: *Legitur tamen aliquando per Satis Apostolicam dispensationem ex rationabili, & urgenti admodum causa, simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis Sacramentum. Ad factum S. Gregorii proculdubio respexit Eugenius, legitime in ejus Epistola: baptizatos, sicut & Gratianus dist. 95. cap. Pervenit, quamvis aliqua Manuscripta habeant, Baticanorum.*

III. Ex S. Th. 3. p. qu. 72. art. 11. ad 1. *Papa (inquit) in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quaedam, quae sunt superiorum Ordinum, committere quibusdam inferioribus: sicut quibusdam Presbyteris concedit conferre Minores Ordines, quod perinde ad potestatem Episcopalem. Ex hoc habet plenitudinem potestatis concessit B. Gregorius Papa, quod simplices Sacerdotes hoc Sacramentum conferrent, quamvis scandalum tolleretur.*

IV. Profertur ad hujus confirmationem Sententia, & alia Monumenta, scilicet simplices Presbyteros in Oriente Confirmationis Sacramentum ante Schisma Photii administrasse solitos, Romana Ecclesia non improbat, ut colligitur ex Epistola Encyclica Photii, ex Romano Corbejensi Monacho Lib. 4. contra Graecos, c. 7. ex Beata Episcopo Parisiensi in Responsione ad 4. Graecorum objectionem. Quam Ecclesia Graeca disciplinam Latini non improbat, maxime in Conc. Lugdunensi 2. sub Gregorio X. & in Florentino: siquidem Graecos cum omnibus Ritibus suis recipit. Graecis enim propiusse Eugenius undecim Questiones, quarum sexta his verbis concepta erat: *Quare Pontifici non inuaguntur sacro Chrismate, sed Sacerdotes, cum hoc Pontificis sit datum? Quae a Latinis obiecta Miry-leus Praefat legitime, ac secundum Canones omnia dissolvit, praeor quam duo, videlicet separationem Maximiani, quod vinculum, & creationem Patriarchae extra Confirmationem: ut hinc in Actis.*

V. Laudatur Privilegia simplicibus Presbyteris de administranda Confirmatione concessa per plurimos Pontifices, scilicet Nicolaum IV. Urbanum VI. Joannem XXII. Eugenium IV. Leonem X. Hadrianum VI. ut fides faciant Vacantibus in Annalibus Minorum, & Cardinalis Palavicinus in Historia Concilii Tridentini. Ad eandem sententiam confirmandam profertur verba S. Hieronymi Epist. 83. ad Evangelium scribentibus: *Quid facit excepta Ordinatione Episcopis, quod Presbyter non faciat? Quae concilii videtur, quaequid Ecclesiastici Ministerii in ceteris Sacramentis est, simplicis Presbytero, aut vi Ordinis sui, atque Characteris convenire, sui eidem committi posse. Unde vetus Auctor Commentationum in Epistola S. Pauli, sub S. Ambrosii nomine olim editorum, in c. 4. ad Ephesios scribit: *Apud Aegyptios Presbyteri consueverunt, si praesens non sit Episcopus. Idemque testatur Auctor Questionum ex utroque Testamento apud S. Aug. q. 101. His momentis adductis Tridentinae Synodi Patres, ne Sententia Theologorum, alientium, & simplicium Presbyterum extraordinario jure, & Pontificia dispensatione, & Sacramentum Confirmationis administrare posse, quoquo modo prejudicaret, Canon de istius Sacramenti Ministro addidit vocem, ordinarium, ut intelligi posse inuenit, salva fide, simplicem Sacerdotem esse Ministrum extraordinarium, observat Palavicinus Lib. 9. Historia Concilii Tridentini, cap. 7.**

Rogabis, An ratione Characteris Sacerdotalis, an ratione Jurisdictionis a Summo Pontifice concessi, sacra haec administranda Confirmationis provincia simplicis Sacerdoti conveniat? Primum si dixerimus, simplex Sacerdos erit Ordinarius huius Sacramenti Minister: si secundum, poterit etiam Diacono, aut inferiori Clerico committi, sicut & cetera, quae sunt Jurisdictionis.

Resp. Confirmandi potestatem inchoatam ratione Characteris Sacerdotalis Presbytero simpliciter convenire, quae Pontificia dispensatione compleatur, & consummetur.

Vulgari quidem haec responso est, sed quae minime satisfaciunt. Nam si ex Characteris Sacerdotii simplici convenit Presbytero inchoata potestas ad Confirmationis administrationem, cui complementum accedit ex commissione Summi Pontificis, cur Episcopus designatur, & a Summo Pontifice confirmatus, Confirmationis Sacramentum administrat. Alex. Theol. Tom. I.

nistrare non potest ante Inaugurationem suam; cum Pontificia Confirmatione Jurisdictionem omnem Episcopalem obtineat: Quod tamen nemo dixerit. Haec momenta juncta Summorum Pontificum Innoc. III. Gregorii IX. & Innoc. IV. Oraculis, soli Episcopo confirmandi potestatem asserentibus, gravissimos Theologos in eam sententiam inclinant, quod simplex Presbyter Sacramenti Confirmationis Minister nequidem extraordinarius usum esse possit, qualibet Romani Pontificis dispensatione accedente, sicut et Guillelmum Altiphoderensem Lib. 4. c. 3. S. Bonaventuram, Majorem, Durandum, Hadrianum postea Summum Pontificem, Epist. in 4. Sententiarum dist. 7. Alphonsum a Castro, Lib. 4. adversus Haereses, verbo Character, & verbo Confirmatio, Hieronymus De Sainthene Doctorem, & Professore Sorbonicum, & alios. Quomobrem cum haec etiam opinio probabilis sit, imo Durandum scriptis, Communitis, & probabilis teneri, quod solus Episcopus est Minister Sacramenti Confirmationis: & S. Gregorii factum quo S. Thoma sententia nititur, non fit iterum, ut de illo conveniant omnes, propter lectionum varietatem, quibusdam Codicibus MSS. vocem baptizandos habentibus, non baptizatos, in Epistolis laudatis: Summi tamen Pontificis consilium fac facturos iudicabit, si in re tanti momenti abstante a concedendis hujusmodi privilegiis, & dispensationibus de Confirmatione a simplici Presbytero administranda: ne secundum illam propositionem ab Innoc. XI. Pontifice Maximo jure damnatum agere videantur: Non est illicitum in Sacramentis conferendis, qui opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictis iustiore, nisi illi veteri lex, conventio, aut periculum gravi damni incurrendi, hinc sententia probabili: tantum attendendum non est in collatione Baptistini, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

Probabiliorum, ac tuiorem S. Thoma haec in materia opinionem, Thomistae dicunt: ac contrarium probabiliorum, tuioremque ex adverso contendunt alii Theologi. Quomobrem, ut se res habeat speculative, tutius erit in praxi Confirmationis administrandae provinciam non committere, secundum Ordinis Sacerdotis, maxime cum nulla necessitas urgere possit huiusmodi dispensationis concedendi: siquidem Sacramentum istud non est absolute necessarium ad salutem: & aequo facile est Summo Pontifici simplicem Sacerdotem ad Episcopatum promovere, eumque consecrare, ut sit Confirmationis Ordinarius Minister: ac ipsi privilegium, sive dispensationem concedere, ut sit Minister Extraordinarius, Summi tamen Pontificis ab sit, ut Regulari praescribere velimus, a quibus Ecclesiasticae Disciplinae Regulae, aut veterum Regularum interpretatio, & confirmationem, debita veneratione, & obedientia suscipimus.

Confirmatio Minister.

REGULA I.

Episcopus non solum sacris, solemnibusque Pentecostes diebus, sed etiam (si ita Civitatis sua ingens frequentia, multiplici quoque populari) & Pascha Resurrectionis tempore, & in Adventu sacro Domini, & quoties visitationem obicit Sacramentum Confirmationis ministrat: & ob eam causam administrandum se accurret, quibus in locis Diocesis opus erit.

Ita statuit Concilium Mediolanense V. sub S. Carolo Borromeo.

REGULA II.

Cavere debet Episcopus, ne cum administranda Confirmationis manus obicit, Aliena Diocesis hominibus de se non exemptis, qui in sua Diocesi domicilium jam non constituerint, hoc Sacramentum ministrat, nisi propriis illorum Episcopi concessu, quo assensu scripto. Quo igitur tempore ministrat, populum ea rite de re Parochos praemonere jubet.

Ita statuit Concilium Mediolanense IV. sub S. Carolo Borromeo.

Confirmatio Minister.

CAPUT III.

De Confirmationis Effectibus.

Do sunt Confirmationis effectus, Gratia nempe, & Character: de quibus singillatim agendum est.

ARTICULUS I.

De Gratia, primo Confirmationis effectu.

Sacramentum Confirmationis gratiam conferre, & quidem habituale, & sanctificantem, extra controversiam esse creditur, id est, apud omnes Catholicos. In hoc enim Sacramento, inquit S. Th. datur Spiritus Sanctus ad robur, sicut Apostolus datus est in die Pentecostes, ut legitur Act. 2. & sicut datur baptizatis per impositionem manuum Apostolorum, ut dicitur Act. 8. & 19. Ad missio, seu donatio Spiritus Sancti non est nisi cum gratia gratum faciente: unde manifestum est, quod gratia gratum

Confirmatio Minister.

